ab acatia deblatena· Alexander ·athesalia delarissa·
uitalis ab adachia deaquis ripensis· Trifon abachia
demacarce · Gaudentius adachia denaiso · Aolipius ab
achia demagari · Caluius adachia ripensi · Decastra martis·
protarcus abachia depatras· Eutherius · appanoniis·
Asturius dearabia· Deas apostibus· hierenius abachaia·
desechoro· Dionisius ·abachaia dehelida· Ursacius· abitalia·
debrixia· marcus abasia desiscia· ualens adarchiapens·
descitto politanus· gerontius amachedonia debrebi· euta
cius abachia alexander ·abachia · Demoremis &ceteri·
Et suscripserunt omnes epi diuersarum prouinciarum
uelciuitatum· EXPLICIUNT CAN CONCL SERDICENS·

INCIPIT CANON CARTAGINENS·

Carthaginense 3 celebratum anno 397. [illegible] S. Augustino [illegible]

POST CONSOLATU· gloriosissimorum impera
torum honorii · XIIJ · &theodosii · VIIJ · augustas
VIIJ · KL· iunias carthagine insecretario basilice
fausti · Cum aurelius papa · una cum ualentino primesedis
prouinciae numidiae faustino ecclesiae potentinae
prouinciae italiae piceni legato ecclesiae romanae·
sed &legatis diuersarum prouinciarum africanarum·
Id·e· numidiarum uitachem · mauritaniȩ cesariensis· sed
&tripolim &uincentio colositano fortunatiano· &ceteris
episcopis prouinciae proconsularis residentibus· CCXVIJ·
Necnonphilippo &asello praesbiteris eque legatis romanȩ
ecclesiae consedisse&· Astantibus diac· aurelius eps dixit·
Postdiem pstitutam concilii · ut recordamini fratres bea
tissimi multa flagitata sunt · exspectantes fratres nros

INCIP̄ · CAN̄ CARTAGINENSIS.

qui nunc ad presentem synodum legati aduenerunt · Quae
gestas necesse ē sociemter quadere dn̄o nr̄o · Detante congre
gationes coetu · gratias referimus · super · ē · uitam exemplaria
niceni concilii quae nunc habemus & a patribus constitutasunt ·
Quam etiam hic adecessoribus nr̄is eandem synodum firmantes ·
uel quae secundum eam formam per omnes clericorum grados
a summo usque ad ultimum salubriter ordinatasunt in medio
proferantur · Ab uniuerso concilio dictum · ē · proferantur ·
Danihel notarius recitauit niceni concilii professio uel statuta
ita se habent · Et cum diceret faustinus eps̄ plebis potentiae
prouinciae italiae picem legatus romanę ecclesiae dixit ·
Iniuncta nobis sunt a sede apostolica aliqua per scripturam
aliqua etiam in mandatis · Cum ur̄a beatitudine tractanda
sicut in ea gestas superibus meminimus · hoc ē de nicenis
canonibus ut conseruentur & constituta eorum & consuetudo ·
Quia & aliqua ordinę & canone tenentur aliqua consue
tudine firmatasunt · Debis ergo primitus si placet beatitudini
ur̄ae tractemus · Et postea cetera quae acta uel incoactasunt
inserta firmabuntur · ut & ad sedem uenerandam rescriptas
uris intimare possitis · Atque nos ammonuisse apud uenera
bilem papam euidenter clareat · lic& & capitula actionum
ui̅m inserta sint gestas · De ipsis ergo ut superius dixi · quid
ur̄ae beatitudini placeat agere debemus · ueniat ergo
communitorium in medio ut scire possit ur̄a beatitudo quid
in eo contineatur · ut singula respondeatur · Aurelius eps̄
dixit proferatur communitorium · quid fratres & con
sacerdotis nr̄i actis nuper alligauerunt · ·

Et cetera quae acta sunt uel agenda sunt subsequentur.
Danihel notarius recitauit communitorium fratri
faustino & filiis philippo & asello praesbyteris. Zosimus
eps̄ uobis commissa negotia non latent uos. Ita ac sinr̄a.
Immo quia nr̄a ibi in uobis presentia est cuncta peragite.
Maxime cum & hoc nr̄m possitis habere mandatum. &
uerba canonum quae in pleniorem firmitatem huic com
munitorio inseruimus. Ita enim dixerunt frs̄ in concilio
nicheno cum de episcoporum appellatione decernerent.
Placuit autem ut si eps̄ accusatus fuerit & iudicauerint con
gregati epi scae religionis ipsius & de gradu suo deicerint
eum & appellasse uideatur. Et confugerit ad beatissimum
ecclesiae romane epm̄ & uoluerit audiri. & iustum putauerit
ut renouetur examen scribere epis dignetur. qui in finitima
& propria prouincia sunt. ut ipsi diligenter omnia requirant
& iuxta fidem ueritatis definiant. Quod si quis rogat causam
suam iterum audiri. Et deprecatione sua mouerit epm̄
romanum ut e latere suo praesbyterum mittat. Erit in po
testate epi quid uellit & quid existimet. & si decreuerit
mittendos esse qui presentes cum epis iudicent. habentes
auctoritatem eius a quo distinati sunt erit in eius arbitrio.
Si uero crediderit sufficere epos aut negotio terminum inponant
faciet quod sapientissimo consilio iudicauerit. & cum recitaret.
Alipius eps̄ ecclesiae tagastensis legatus prouinciae nu
midiae dixit. De hoc iam superibus & iam litteris concilii nr̄i
rescripsimus. & id nos ... seruaturus profitemur quod
in niceno concilio ... constitutum est. Adhuc tamen

nemonouit qnm̄ cum inspiceremus greca exemplaria
huius synodi nicheni · Ista ibi nescio qua ratione minime
inuenimus· Unde petimus uenerationem tuam scā papa
aureli· Ut qui ahoc autherti cumconcilium nichenum
inurbe dicitur esse constantinopolitana· Aliquos inscriptis
tuae scitatis mittere digneris· Etnonsolum adipsum
scm̄ fratrem constantinopolitanum epm̄ · sed&iam alexan
drinum · &anthiochenum uenerabiles sacerdotes quihocnobis
concilium subsapulatione litterarum suarum dirigant·
Ut omnis postmodum ambiguitas auferatur· Quianonita
ut frater faustinus attulit minime inuenimus ista·
Nos tamen paulis perseruaturos utante dixi· Donec
integra exemplaria ueniant profitemur· Petendus
autem litteris nris &iam uenerabilis ecclesiae romanę
eps bonifacius· Ut ipsi quoque dignetur admemoratas
ecclesias aliquos mittere qui eadem exemplaria debeant
secundum eius scriptam perferre· Nunc autem memorati
nicheni concilii qualia exemplaria habeamus· his gestis
sociamus faustinus eps legatus ecclesiae romanę dixit· Nec
urā scitatis praeiudicat ecclesiae romanę· siue de hoc capitulo
siue de aliis qui adicere dignatus est fraternit· &co eps
alypius dubios esse canones· Sed ipsa adscm̄ &beatissimum
papam nrm̄ scribere dignamini &ut ipse integros canones
inquirens cum urā scitate· De omnibus constitutis trac
tare possit· Sufficit autem ut &ipse beatissimus eps
urbis romę sicut &urā scitas apudse tractat· Ita &ipse
inquirat ne contentio inter ecclesia nasci uideatur·

Sedmagiscaritate fraterna deliberare possitis ipso rescribente quidmelius obseruare debeat. Aurelius eps dixit. Praeter ista quaepromisimus actis necesse est utetiam nrae prauitatis litteris sco fratri etconsacerdoti nri bonifatio. singulaque tractamus plenissima intimemus. ergo siomnibus placet persecutionta ore omnium condiscamus.
Uniuersum concilium dixit placet. Nouatus eps legatus mauritaniae sitiffensis dixit. Nuncmeminimus hoccommunitorium. etiamdepraesbyteris ueldiaconibus continere qualiter audiri abepis suis uelafinitimis debeant quod innicheno concilio minime legimus. Undehoc ipsum iubeat scitas sua recitari. Aurelius eps dixit. Recitetur adlocum etiam hocquoddeposcitur. Dahel notarius recitauit deappellationibus autclericorum idestminoris loci. e ipsius synodi certa responsio. Dequare quidacturi sitis credimus inserenda quodtaliter dictum. e. Osius eps dixit. Quodmeadhuc mouet reticere nondebeo. Sieps quis forte iracundus quod esse nondebet citoaut aspere commoueatur aduersus praesbyterum siuediaconum suum etexterminare eum deecclesia uoluerit. Prouidendum. e. neinnocens damnetur autperdat communionem. habeat inpotestate eiectus utfinitimos interpellet causa eius audiatur. et diligentius tractetur. Quianonoportet negari ei audientiam roganti. Et illeeps qui autiuste autiniuste eum reiecit patienter accipiat utnegotium discutiatur. utaut probetur eius aut emendetur sententia etcetera. Cumque recitarentur augustinus eps ecclesiae

ipponiensis prouinciae numidiae dixit. Et hoc nos
ser uaturos profitemur salua diligentiae inquisitione
concilii nicheni. Aurelius eps dixit. Si hoc etiam omnium
urae caritati placet et responsione firmate. Uniuersum
concilium dixit. Omnia que in nicheno concilio statuta sunt
nobis omnibus placent. Iocundus eps ecclesiae suffitulę
legatus prouinciae bizacenę dixit. Quod statutum est
in nicheno concilio uiolari a quoquam nullatenus potest
faustinus eps legatus ecclesiae romanę dixit. Adhuc secundū
profes sionem scitatis urae tam sci alippii. quam etiam frs nri
iocundi aliqua infirmari credo aliqua firmari quod non
debeat cum iam in dubium ipsi canones uenerint ergo ut
placet nobis. Et beatitudini urae ad scm et uenerabilem
ecclesiae romanę epm ura scitas referre dignetur. Ut et ipse
quod scs agustinus statuere dignatus e. deliberare possit.
Utrum nam et hoc concedendum sit. An recidendum hoc est
de appellationibus inferioris gradus. Si ergo adhuc in dubium
uenit. Et de hoc capitulo iussum est ut beatissime sedis eps
informare debeat. Si tamen adprobatur canonibus hoc
inueniri possit. Aurelius eps dixit. Et iam quae dudum
urae caritati intimauimus. Nunc patemini exemplaria
statutorum nicheni concilii. Sed et quae hic salubriter
anniis decessoribus secundum eiusdem concilii formam.
Uel quae nunc a nobis ordinata sunt recitari et gestis inserti.
Omne concilium dixit. exemplaria fidei et statuta nicheni
synodi quae ad nrm concilium per beatę recordationis
olim pro decessore tuae scitatis qui inter fuit. Caecilianū epm

allata sunt sed & que patres exemplaria sequentes hic constituerunt · Uel nunc communi tractu statuimus. his gestis ecclesiasticis inserta manebunt · Ita ut superius dictum est uenerabilibus uiris antiochene alexandrinae sed & constantinopolitanae ecclesiarum epis scribere ur̄a beatitudo dignetur · Ut exemplaria uerissima concilii nicheni sub stipulatione litterarum suarum dirigant · Quo declarata ueritas ea capitula quae in commonitorio p̄sens frater · & coeps m̄s faustinus · sed & conpraesbyteri philippus & asellus secum adtulerunt · Aut ibidem reperta a nobis firmabuntur aut si non inueniantur · Collecta synodo de hoc in sequenti tractauimus · Danihel notarius nicheni concilii professionem fidei uel eius statuta recitauit in concilio africano.

PROFESSIO FIDEI NICHENI CT

Credimus in unum dm̄ patrem omnipotentem uisibilium & inuisibilium factorem · & in unum dn̄m ih̄m xp̄m filium dī · Natum de patre unigenitum · hoc est de substantia patris · dm̄ de dō uero · natum non factum unius substantiae cum patre · Quod greci dicunt homo usion per quem omnia facta sunt · siue quae in caelo · siue quae in terra · Qui propter homines & ppt̄ nram̄ salutem descendit & incarnatus est passus homo factus est · & resurrexit tertia die · ascendit in caelos sedit ad dexteram patris · unde uenturus est iudicare uiuos & mortuos & in spm̄ scm̄ · Eos autem qui dicunt erat quando non erat · & prius quam nasceretur non erat · & quia ex nullis extantibus factus est · Uel ex alia substantia dicentes mutabilem & conuertibilem filium dī · hos anathematizat catholica & apostolica ecclesia ·

STATUTA QUOQUE NICHENI ET

In uiginti capitulis similiter tractata sunt sicut in superibus
inueniuntur adscripta. Deinde quae in conciliis africanis pro
mulgata sunt actis p̄sentibus inserta noscuntur. Ut quae
in nicheno concilio statuta sunt omnimodo seruentur.

Aurelius eps dixit. haec ita apud nos habentur exemplaria statu
torum quae tunc patres nri de concilio nicheno secum detulerunt
cuius formam seruantes. haecque sequentur constituta firmata
a nobis custodientur.

DE TRINITATE P̄DICANDA.

Uniuersum concilium dixit dō propitio pari professione fides
ecclesiastica quae per nos traditur. In hoc cetu glorioso primitus
confidenda est. Tunc demum ordo ecclesiasticus singulorum
& consensu omnium astruendos. Ad corroborandas autem fratrum
& coepiscoporum nrorum. nuper promotorum mentes ea propo
nenda sunt. quae a patribus certa dispositione accepimus. Ut
trinitatis quam nris insensibus consecratam retinemus. patris
& filii & sps scī unitatem. quae nullam noscitur habere differen
tiam sicut didicimus ita di populus instruamus. Item ab uniuersis
epis nuper promotis dictum est. Plane sic accepimus sic tenemus.
sic docemus fidem euangelicam cum urā doctrina sequentes.

DE CONTINENTIA.

II Aurelius eps dixit. cum preterito concilio ad continentiae
& castitatis moderamine tractaretur. Gradus ista tres qui
conscriptione quadam castitatis per consecrationes adnexas
Eps inquam praesbyteros & diaconos. Ita placuit ut conced&
sacros antistites ac di sacerdotes necnon & leuitas uel qui
sacramentis diuinis inseruiunt. continentes esse in omnibus.

quo possint simpliciter quod a dō postulant impetrare.
Ut quod apostoli docuerunt · & ipsa seruauit antiquitas nos quoque
custodiamus. DE DIUERSIS ORDINIBUS
AB UXORIBUS ABSTINENDIS

IIII Faustinus eps̄ ecclesiae potentinę prouinciae piceni
legatus romanę ecclesiae dixit · Placet ut epi presbyteri
& diaconi uel qui sacramenta contrectant pudicitiae custodes
ab uxoribus se abstineant ab uniuersis epis dictum ē · placet.
Ut in omnibus & ab omnibus pudicitia custodiatur · qui altari
inseruiunt. DE AUARITIA

V Aurelius eps̄ dixit · Auaritiae cupiditas quam rerum
omnium malorum matrem esse nemo quis dubitet.
Proinde inhibenda est ne quis alienos finis usurpet aut per
premium terminos patrum statutos transcendat · Nec omnino
cuiquam clericorum liceat de qualibet re fenus accipere.
Quamquam nouellę suggestiones quae uel obscurę sunt
uel sub genere latent inspectę a nobis formam accipiant · Ce
terum de quibus apertissime diuina scriptura sanxit.
Non est deferenda sententia sed potius exsequenda proinde
quod in laicis reprehenditur · In multo magis debet in clericis
predamnari · Uniuersum concilium dixit nemo contra prophetas.
Nemo contra euangelia facit sine periculo. UT XRISMA
A PRAESBYTERIS NON FIAT

VI Furtunatus eps̄ dixit · In preteritis conciliis statutum meminimus
esse ut xrisma uel reconciliatio poenitentium nec non
& puellarum consecratio a praesbyteris non fiant.
Si quis autem emerserit hoc faciens quid de eo statuendum sit

Aurelius eps dixit. Audiuit dignatio ura suggestionem fratris & coepi nri fortunati quid ad haec dicitis Ab uniuersis epis dictum est. xrisme confectio & puellarum consecratio a presbyteris non fiat. Uel reconciliare quemquam in publica missa praesbytero non licere hoc omnibus placet.

DE HIS QUI IN PERICULO POSITI RECONCILIANTUR

II. Aurelius eps dixit. si quis quam in periculo fuerit constitutus & se reconciliari diuinis altaribus petierit. si eps absens fuerit debet utique praesbyter consulere epm. Et sic periclitantem eius precepto reconciliare quam rem debemus salubri consilio roborare Ab uniuersis epis dictum est. placet quod scitas ura necessario nos instruere dignata est.

DE HIS QUI IN ACCUSATIONE MAIORIS NATU UENIUNT ET UT EPM NULLI CRIMINOSO LICEAT ACCUSARE

III Numidius eps dixit assulitanus. Preterea sunt quam plurimi non bone conuersationis qui exsistimant maiores natu. Uel epos passim uageque in accusationem pulsandos debere tam facile admitti necne aurelius eps dixit. placet igitur caritati urae ut is qui aliquibus sceleribus irretitus est uocem aduersus maiorem natu non habeat accusandi. Ab uniuersis epis dictum est. si criminosus est non admittatur placet.

DE HIS QUI MERITO FACINORUM SUORUM AB ECCLIS CONGREGATIONE PELLUNTUR

IIII Augustinus eps legatus prouinciae numidiae dixit hoc statuere dignamini ut si qui forte merito facinorũ suorũ

ab ecclesia pulsi sunt. Et siue ab aliquo epo uel prbo fuerint
in communione suscepti & iam ipse pari cum eis crimine
teneatur obnoxius refugientes sui epi regulare iudicium
ab uniuersis epis dictum est omnibus placet. DE CLERIS QUI
A PROPRIIS CORRIPIUNTUR EPIS

X Alipius eps legatus prouinciae numidiae dixit. Nec illud praetermittendum est. ut si quis forte prbt ab epo suo correptus
tumore uel superbiae inflatus putauerit separatim sacrificia
dō offerenda uel aliud erigendum altare contra ecclesiasticam fidem. Disciplinam quae crediderit non exeat inpunitus.
Ualentinus primae sedis prouinciae numidiae dixit. Necessario disciplinae ecclesiasticae & fidei congrua sunt quae frater
noster Alipius prosecutus est. proinde quid uideatur urae
dilectione edicite. SI QUIS PRBT CONTRA
EPM SUUM INFLATUS XRISMA FECERIT ANATHEMA SIT

XI Ab uniuersis epis dictum est. si quis prbt a praeposito suo
correptus fuerit debet utique apud uicinos epos conqueri
ut ab ipsis eius causa possit audiri ac per ipsos suo epo conciliari.
Quod nisi fecerit sed superbia quod absit inflatus secernendum
se ab epi sui communione duxerit. ac separatim cum aliquibus
faciens sacrificium dō obtulerit anathema habeatur
& locum amittat. si quaerimoniam iustam aduersus epm
non habuerit inquirendum erit. SI QUIS EPS
ABSQUE TEMPORE SYNODI IN CRIMINE DETENTUS
FUERIT A DUODECIM EPIS AUDIATUR

XII Felix eps dixit. suggero secundum statuta ueterum
conciliorum. ut si quis eps quod non optamus in reatum aliquem

incurrerit & fuerit ei nimia necessitas non posse plurimos
congregare Ne in crimine remaneat a duodecim episcopis
& prbt a sex episcopis cum proprio suo epo audiatur & dia
conus a tribus. UT NON LICEAT EPO NISI
A PLURIMIS ORDINARE SED SI NECESSITAS
FUERIT UEL A TRIBUS ORDINETERIS
XIII Aurelius eps dixit. Quid ad haec scitasuram. Ab uniuersis
eps dictum est a nobis ueterum statuta debere
seruare. Sicuti & inconsulto primate cuius libet prouinciae
tam facile non presument. Multi congregati epi epm
ordinare nisi necessitas fuerit. Tres epi in quocumque
loco sint eius precepto ordinare debebunt epm. Et siquis
contra suam professionem uel suscriptionem uenerit in aliquo
ipse se honore priuabit. UT DE TRIPOLI
UNUS EPS IN LEGATIONEM UENIAT ET UT PRBI
IBIDEM A QUINQUE EPIS AUDIATUR
XIIII Item placuit de tripolim propter inopiam prouinciae
unus eps in legationem ueniat. & ut ibi prbt a quinque
audiatur epis. & diaconus a tribus ut superius memoratū ē.
proprio epo residente. DE diuersis ordinibus eccles
ser uientibus ut siquis in causa criminis incurrerit & ab
nuerit iudicium ecclesiasticum debeat periclitari & ut filii
sacerdotum SPECTACULA SECULARIA
XV Item placuit quisquis episcoporum. N ADEANT
praesbyterorum & diaconorum seu clericorū cum in eccles
ei fuerit crimen institutum uel ciuilis causa fuerit com
mota. si relicto ecclesiastico iudicio publicis iudiciis

purgare uoluerit · &iam si pro ipso fuerit prolata sententia
locum suum amittat · & hoc in criminali in ciuili uero perdat
quo deuicit · si locum suum obtinere malluerit · hoc &iam
placuit ut a quibuscumque iudicibus ecclesiasticis ad alios
iudices ecclesiasticos ubi est uobis maior auctoritas fuerit
prouocatum · Non eis obsit quorum fuerit soluta sententia ·
Si conuinci non potuerint uel inimico animo iudicasse uel
aliqua cupiditate aut gratia deprauati · Sane si ex consensu
partium electi fuerint iudices · &iam pauciare numero quam
constitutum est non liceat prouocari · Et ut filii sacerdotum
spectacula secularia non exibeant sed nec spectent · Lic& hoc
semper xpianis omnibus indictum sit & ubi blasfemie sunt
non accedant · UT NULLUS EPS PRBI
& diaconus conductor existat & lectores uxores accipiant
& clerici abstineant ab usuris & quo tempore uel ipsi ut uirg̃s
CONSECRENTUR ·

XVI Item placuit ut epi & prbi · & diaconi non sint conductores
aut procuratores neque ullo turpi negotio & inhonesto uictum
quaerant · Quia respicere debent scriptum esse · Nullus
militans dō implicat se negotiis secularibus · Placuit ut lec
tores cum ad annos pubertatis uenerint cogantur aut
uxores ducere aut continentiam profiteri · Item placuit
ut clericus si comodauerit pecuniam pecuniam accipiat ·
Si speciem eandem speciem quantam dederit accipiat · & ut
ante · XXV · ann etatis nec diaconi ordinentur · & ut lectores
populum non salutent · UT UNAQUAEQUE
prouincia propter longinquitatem prima tem

HABEAT PROPRIUM

VII Placuit ut mauritania sitifensis ut postulauit primatem
prouinciae numidiae ex cuius cetu separatur ut suum habeat
primatem quem consentientibus omnibus primatibus prouin
ciarum Africanorum uel omnibus epis propter longinquitatem
habere promissa est. SI QUIS CLERICUS
ordinatur moneri debet constituta seruare. Et ut corporibus
mortuorum eucaristia non detur nec baptisma. Et ut per
singulos annos per omnes prouincias ad concilium metro
POLITANI CONUENIATUR

VIII Item placuit ut ordinatis epis uel clericis prius ab ordinatoribus
suis placita conciliorum auribus ērum inculcentur ne se
aliquid contra statuta concilii fecisse peniteant. Item pla
cuit ut corporibus defunctorum eucaristia non detur.
Scriptum ē enim accipite et edite. Cadauera autem nec
accipere possunt nec edere. Et ne etiam mortuos homines
baptizari faciat presbyterorum ignauia. Pro qua re
confirmandum est in hac scā synodo ut secundum nichena
statuta propter causas ecclesiasticas quae ad perniciam
plebium sepe ueterescunt. Singulis quibusque annis
concilium conuocetur. Et quod omnes prouinciae quae primas
sedes habent de conciliis suis binos aut quantos delegerint.
Episcopos delegatos mittant ut in congregato conuentu
plena possit esse auctoritas. UT SI QUIS EPS
accusatur ad primatem ipsius prouinciae causa deferatur

VIIII Aurelius eps dixit. Quisquis episcoporum accusatur
ad primates prouinciae ipsius causam deferat accusator

nec acommunione suspendatur cuicrimen intenditur.
Nisiadcausamsuam dicendam electorum iudicium die
statuta litteris euocatus minime occurrerit. Hoc estinfra
spatium mensis exeadie quaeumlitteras accepisse confiterit.
Quod sialiquos ueras necessitatis causas probauerit quibus
eum occurrere nonpotuisse manifestumsit causesue dicende
Intraalterum mensem integram habeat facultatem. Uerum
tamdiu postmensem secundum noncommunic& donecpurget.
Siautem adconcilium uniuersale anniuersarium occurrere
noluerit utuel ibicausa eius terminetur ipseinse damnationis
sententiam dixisse iudicetur. Tempore sane quononcommuni
cat necinsua ecclesia uelparroecia communic&. Accusator
autem eius sinumquam diebus cause dicende defuerit acom
munione nonremoueatur. Siuero aliquando defuerit sub
trahens se restituto incommunione epo ipse remoueatur
acommunione accusator. Ita tamen utnecipsi adimatur
facultas cause peragende. sise addiem occurrere nonnoluisse
sednonpotuisse probauerit. Illud uero utcum agere coeperit
inepiscoporum iudicio sifuerit accusatoris persona culpa
bilis adarguendum nonadmittatur nisiproprias causas non
tamen ecclesiasticas asserere uoluerit. DE PRAES
BYTERIS uel clericis accusatis.

XX Siautem prbi ueldiaconi fuerint accusati. Adiuncto sibi
exuicinis locis proprii epi legitimo numero collegarū
quos ab eodem accusati petierint idest una secum inprbi
nomine sex. indiaconi tres ipsorum causa discutiant.
Eadem dierum &dilationum &acommunione remotionum

& discusione personarum inter accusatores & eos qui
accusantur forma seruata. Reliquorum autem clericorū
causas etiam solus eps̄ loci agnoscat & finiat. UT FILII
clericorum inmatrimonio noniungantur hereticis.
XXI Iterum placuit ut filii clericorum gentilibus uel hereticis
matrimonio noniungantur. UT EPI UEL CLER
ineos qui catholici nonsunt nihil conferant.
XXII Etiam ineos qui catholici xp̄iani nonsunt etiam siconsanguinei
fuerint perdonationes rerum suarum ep̄i uel clerici
nihil conferant. UT EPI transmare nonproficiscantur.
XXIII Item ut epi transmare nonproficiscantur nisi consultū primę
sedis epo suae cuiusquam prouincię ut ab eo precipue
possint summere formatam uel comendationem. UT P̄T
scripturas catholicas nihil inecclesia legantur.
XXIIII Item ut preter scripturas canonicas nihil in ecclesia legatur
subnomina diuinarum scripturarum. Sunt autem cano
nicę scripturę. id est genesis. exodus. leuiticus. numeri.
deuteronomium. hiesu naue. iudicum. ruth. regum libri
IIII. paralippomenon lib. II. iob. psalterium. salomonis
libri. V. Lib duodecim prophetarum. Esaias. hieremias.
hiezechiel. danihel. tobias. iudit. hester. hesdre lib. II.
machabeorum lib. II. Noui testamenti. Euangeliorum
libri. IIII. Actuum apostolorum lib. I. epistolę pauli
XIIII. petri apti lib. II. Ioh apti III. Iacobi apostoli
lib. I. Iudę apti lib. I. Apocalipsin ioh lib. I. hoc etiam
fratri & consacerdoti nr̄o bonifatio uel aliis earum partiū
epis pro confirmando isto canone innotescat quia apatribus

ista accipimus in ecclesia legenda. DE EPIS
uel sequentibus ordinibus qui sac̄ro sc̄a mysteria contrectant
PLACUIT AB UXORIBUS C̄TINERI

XXV Aurelius eps̄ dixit. Addimus frs̄ karmi praeterea cum de quo
rundam clericorundam clericorum quamuis lectorum
erga uxores proprias incontinentia referetur. Placuit
quod & in diuersis conciliis firmatum est. Subdiaconi qui
sacra misteria contrectant. prb̄i & diaconi. sed & epi secundū
propria statuta &iam ab uxoribus se contineant ut tamquam
non habentes uideantur esse. Quod nisi fecerint ab ecclesiastico
remoueantur officio. Ceteros autem clericos ad hoc non cogi
nisi maturiori aetate ab uniuerso concilio dictum est. Quae
urā sc̄itas est iuste moderata & sc̄a & dō placita sunt con
firmamus. UT RES ECCL̄ NEMO DISTRAHAT

XXVI Item placuit ut rem eccles̄ nemo uendat. Quod si redditus
non hab& & aliqua nimia necessitas cogit hanc insinuandam
esse primati prouinciae ipsius. Ut cum statuto numero epm̄
utrum faciendum sit arbitretur. Quod si tanta urg& necessitas
ecclesiae ut non possit ante consulere saltim uicinos testes
conuocet. eps̄ curans ad concilium. Omnes referre suae ecclesiae
necessitates. Quod si non fecerit reus dō & concilio uenditor
honore amisso teneatur. PRB̄I ET DIACONI
in grauiore culpa conuicti manus inpositionem tamquam
LAICI NEQUAQUĀ SUSCIPIANT

XXVII Item confirmatum est ut si quando prb̄i uel diacones in aliqua
grauiore culpa conuicti fuerint. qua eos a ministerio
necesse sit remoueri. non eis manus tamquam poenitentibus

uel tamquam fidelibus laicis imponatur. Neque permit-
tendum ut rebaptizati ad clericatus gradu promoueantur.

PRAESBYTERI ET DIACONI

XVIII uel clerici qui causas sua ad trans marina putauerint
appellandum in communione minime suscipiant.
Item placuit ut prbi diac uel ceteri inferiores clerici in causas
quas habuerint si de iudiciis episcoporum suorum questi fuerint
uicini epi eos cum consensu sui epi audiant adhibiti ab eis epi.
Quod si et ab eis prouocandum putauerint non prouocent
ad trans marina iudicia. sed ad primates suarum prouinciarum.
Sicut et de epis saepe constitutum est. Ad trans marina autem
qui putauerit appellandum a nullo intra Africam ad
communionem suscipiatur. SI QUIS EXCŌ
municatus ante audientiam communicare presumpserit
ipse in se damnationem protulit.

XXVIIII Item placuit uniuerso concilio ut qui excommunicatus fuerit
pro suo neglectu siue epr siue quilibet clericus et tempore
excommunicationis suae ante audientiam communionem
presumpserit ipse in se damnationis iudicetur protulisse
sententiam. DE ACCUSATO UEL
accusatore qui in eo loco unde est ille qui accusatur.

XXX Item placuit ut accusatus uel accusator si metuit aliquam
uim temerariae multitudinis locum sibi elegat proximum
quo non sit difficile testes perducere ubi causa finiatur.

SI QUI CLERICI AB EPIS SUIS
promoti contempserint nec illi maneant unde recedere
NOLUERUNT.

FINIT. CAN. CARTAGINENS.

XXXI. Item placuit ut quicumque clerici uel diaconi pro necessitatibus ecclesiarum non obtemperauerint epis suis uoluntatibus. eos ad honorem in sua ecclesia promouere. nec illi ministrent in gradu suo unde recedere noluerunt. SI QUIS clericorum pauper promotus in ordine potea habuerit aliquid eccles potestati SUBICIAT.

XXXII. Item placuit ut epi prbi diac. uel quicumque clerici qui nihil habentes ordinantur. & tempore episcopatus uel clericatus sui agros. uel quaecumque predia nomine suo conparat. Tamquam rerum dominicarum inuasionis crimine teneantur. Nisi admoniti in ecclesia eadem ipsa contulerint. Si autem ipsis propriae aliquid liberalitate alicuius uel successione cognationis obuenerit faciant inde quod eorum proposito congruit. Quod si a suo proposito retrorsum exorbitauerint honore ecclesiastico indigni tamquam reprobi iudicentur.

UT PRAESBYTERI REM ecclesiae in qua sunt constituti non uendant & nulli epo liceat rem tituli matricis ecclesiae usurpare.

XXXIII. Item placuit ut prbi non uendant rem ecclesie ubi sunt constituti nescientibus epis suis. Quomodo & epis non liceat uendere predia ecclesiae ignorante concilio uel prbris suis. non habente ergo necessitatem nec epo liceat matricis ecclesiae rem tituli sui usurpare. EXPLIC. CAN CONCILII CARTAGINS.

INCIPIUNT CANONES CONCILIORUM DIUERSORUM AFRICANE PROUINCIAE NUMERO XVI

sub dey imperatoribus
... ...
et circa annos 398 ...